



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd foemine in conuentu docere non debeant. lxxxiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

lenniter pariter celebrent, & omnes, exceptis quas infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad capitulum, & ad collationes veniant, & regulam à sanctis patribus illis constitutam, diligenter obseruent.

Nullus laicus claustra sanctimonialium ingrediatur, nisi ad opera exercenda. Cap. LXXVIII.

Ex eodē, cap. 16. **N**ullus vassus abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus claustra ancillarū Dei ingrediatur, nisi fortè quando necessitas operandi incumbit.

Abbatissa claustrum non eligatur, nisi testimonium habeat bonum. Cap. LXXIX.

Ex eodē, cap. 15. **P**ortaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit, & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

Vt abbatissa, nisi per licentiam sui episcopi à monasterio non egrediatur. Cap. LXXX.

Ex cōcil. Gāgren. cap. 9. **A**bbatissa nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui. Et si quando foras peregrinet de sanctimonialibus quas secum ducit, curam maximam habeat, vt nulla eis detur occasio peccandi.

Vt vnus abbas duobus monasterijs præesse nõ debeat. Caput LXXXI.

Ex cōcil. Arausi- co, ca. 54. **V**NUM abbatem duobus monasterijs interdici præsidere.

Vt monachi compatres non habeant. Cap. LXXXII.

Ex cōcil. Augustu- dunē. ca. 5. **V**T monachi vel monachæ compatres habere non præsumant.

Quòd fœmina in conuentu docere non debeant. Caput LXXXIII.

Ex cōcil. Cartha- gi. **M**VLIER quauis docta in conuentu docere non audeat.

Ex cōcil. Remensi, præfente Ludouico impera. cap. 5. **V**t fœmina pœnitentiam dare non debeat, nec sedere inter sacerdotes in conuiuiis.

Fœmina non det pœnitentiam, nec corporale cū oblatione, nec calicē super altare ponat, nec inter ordinatorum stet in Ecclesia, nec sedeat inter sacerdotes in conuiuiis.